uirginis: perfecte ſanate ſunt.
Tantum in cutis ſuperficio roſe
o colore remanente quaſi
tituli priſtine laudis in me
moriam uirtutum ſuarum quaſ
nolebat aboleri nec a me
moria excidere uirgo precioſa.
et omni laude digniſſima
uelut ſignata uite & mor
tis reſederunt; De igne
Annus domini qui nouo.
ab incarnationis eius die
initium accepit computari. mil
leſimus centeſimus triceſimus
primus inchoabat. anno lu
douici. xxiii. & filii eius philip
pi ſecundo. die ſancti uincentii mar
tiris dum miſſa celebraretur. ſe
dente ſacerdote poſt orationem
introitus miſſe. unus ex duobus
cereis qui ex more ſemper in
erant altari omni die: uſque ad
extremum totus arſerat. altero
adhuc tenorem ſuum habente;
At ſoror illa deſeruiens altario
timida & feſtinabunda uicari
um cereum dum ſubrogare ſe
dula ſatagit. rapto ut occurrit
uno de iacentibus inſirmo dum
petito lumine lucenti cereo
non lucentem ingerit. in cau

te improba etiam lucentem ſuper
altare deiectum extinxit; Tunc
uero turbata & mortuam ſe reputans.
ex coquina ignem petere cogeba
tur; At uero diaconus in officio
miſſe ignem defeciſſe expaueſ
cens. ſaltu rapit cereum qui ia
cebat caſſus lumine; Quem dum
tradebat ſubdiacono ut cito ei
to peteret ignem. ſubito inter
manum tradentis & parentis ac
cipere. cereus igne nouo inflam
matur; Hoc uiſo diaconus in ma
nibus ſuis miraculo ſtupore per
culſus proprius uiribus deſtituitur.
coactus eſt arche inniti que propinqua
tunc adera t; Quod hic tam celebre
et notum factum eſt. ut pote
in loco qui nulla diei hora frequen
tiam hominum de habebat; Dantur
ergo laudes deo altiſſimo & reſonan
tibus tympanis ere canoro lon
ge lateque modulaminum ſuauitas ethe
ra tendit & tota ciuitas perſo
nat laudibus xpi; hoc ergo nouo ig
ne etiam omnes eccleſie lampades
illuſtrantur. & multi fidelium
in domos ſuas deuehere fe
ſtinabant; De uno puero.
Spiris locus eſt famoſus. o
pulentus epiſcopalis. ibi a

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.21, 1v – Hugo Farsitus: De miraculis beatae Mariae in urbe Suessionensi; Vitae patrum VI [= Verba seniorum] (https://fragmentarium.ms/view/page/F-7zbu/5186/49549)